

Vir celeberrime, mihi summe venerande !

Inexplicabilem voluptatem mihi preparasti, Vir celeberrime, dum Vol. I. novae
seriei Observationum Tuarum Specula, fidei meae concredite, muneri dare
decreveristi. Neque enim modo Specula mea, preciosissimo hoc Tuae in illam
benevolentiae documento honoratae et ditatae gratulari multo per deo,
sed mihi quoque ipsi, quis in praestantissimis Observationibus Tuis exem-
plar nactus sum, quod etiamsi assequi omnino non daretur, imitari fal-
tem ex parte audeam, ingeniosissimis methodis Tuis uberius instructus.
Utroque igitur nomine idcirco gratias, quas possum maximas Tibi ago,
simulque impensissime Te oro obsecroque, ut interea etiam, dum quan-
tuloscumque Specula nostra propriaeque industriae fructus Tibi rependeri
licuerit, illam una mecum pari benevolentia dignare.

Patere porro, Vir honoratissime, ut mensuram immensi mei in Te debiti, precibus
mox adaugeam. Imprimis quidem, edocere me velles, quaeso, quo
modo et quibus auxiliis Tu Solis ambos limbos verticales metiaris, quin
transitum amborum horizontalium observare negligas? Nam e quidem,
tametsi semel iterumque industriam omnem adhibuerim, ne folas qui-
dem amborum verticalium distantias impetrare unquam potui. Deinde,
quo apparatu utaris, ad vice illuminandos Nonios; qui item periculo
parallaxis, a mobilibus microscopiis iure metuenda, in lectione parti-
um minutarum tuto praecaveas; qua demum ratione assequaris
tantam, quantam Diarium Tuum prodit, bullae libellae, circulo affixe,
que in nostro enormiter mobilis est, intra observandum constanteriam?
Cuperem quoque ex Te nosse, an infra Magni Besseli Stellam δ Uge
minoris, intendit Tu etiam videas? Hoc mihi vix unquam successit,
licet

licet comitem lucidæ in eadem constellatione stelle sub crepusculo
 scilicet aliquando viderim. Videtur sane, inter circulos vestros
 meumque, quamquam illis cognatum, multum interesse. Hæc
 spectat exempli gratia, quod axis horizontalis, in temera-
 ta libella, firmari neutiquam possit, tum illud, quod neque
 prædeceffor meus Pasquichius, neque ego, utcumque egerimus,
 bina fila horizontalia intra annulum micrometricum ex-
 pandere ullo modo quiverimus, quibus defectibus observatio-
 nibus astroorum hæc parum exactitudinis decedere mani-
 festum est. Plerisque his querelis meis, ab insigni tua
 dexteritate et humanitate remedium spero, modo etiam
 Cælum ipsum faveret, quod quidem anno hoc adeo in se-
 ptimum conatibus meis est, ut per ^{III} trimestre proxime præter-
 lapsum non nisi unico die plene sereno gavissus sim.
 Quod ipsum paulo ante hæc in litteris, ad Celeberrimum
 Schumacherum datis amarissime conquestus sum. Ex corde
 Tibi precor, ut Clementorum Comete Persiani Tu meliorem,
 quam ego sperem, usum capere queas: quamquam fere
 metuum, eandem Tibi nunc fore tempestatis vicem.

Clarissimus Prædeceffor meus hæc paucos ante dies ad me: „optime
 valeo, pleneque mea forte contentus ita felix sum, ut pe-
 nes restrictissima vota, que semper fovi in pectore, nihil
 inveniam, cui felicius fieri desiderem“. Meliorem forse-
 hæc mortalibus assequi vix conceditur. Talem igitur
 Tibi,

Tibi, vir dignissime, qui tanta de Coelo meritis es, in annos
quam plurimos ex animo precor, et fricera cum Veneratione
persisto

perpetuus illustris Nominis Tui
Cultor Paulus Fittel. m. p.

Prætermodum aveo Volumen II vel potius V. Ettnalium Tuorum
videre, ut quid Gigas vester Opticus possit, inde cognoscere
valeam. Parce mihi, si pusem, usum illius opinione rariorem,
futurum: sed diti es liberali Universitati Vestre semper hono-
ri cedit, spectaculo celi, aliis nunquam conspicuo, etiamfi
rarissime potiri posse.